www.e-rara.ch

Habes opt. lector Opus felicissime renatum infinitis membris emendatis exactiusque conformatis, & adiectis multis quibus antehac caruerat annis, perfectum ...

Cochlaeus, Johannes

Basileae, mense Martio, anno 1536

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: B 88 | G

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-47717

Eusebii Pamphili Caesarensis vita ex Hieronymi catalogo.

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

EVSEBII PAMPHILI CAESARIENSIS VITA EX HIERONYMI CATALAGO.

Euſebius Cæſareæ Paleſtinę Epiſcopus, in ſcripturis diuinis ſtudioſiſſimus, & bibliothecæ diuinæ cũ Pamphilo martyre diligentiſſimus perueſtigator, ædidit infinita uolumina, de quibus hæc ſunt, ἐυαγγελικῆς ἀποδείξεως libri XX. ἐυαγγελικῆς προπαρασκευῆς libri XV. θεοφανείας libri V. Eccleſiaſticę hiſtoriæ libri X. Chronicorum Canonum omnimodam hiſtoriam, & eorum ἐπιτομήν: Et de Euangeliorum diaphonia: In Eſaiam libri X. Et contra Porphyrium, qui eodem tempore ſcribebat in Sicilia, ut quidam putant, libri XXX, de quibus ad me XX tantum peruenerunt: Τοπικῶν librum unum: Ἀπολογίας pro Origene libri VI. De uita Pamphili libri III. De martyribus alia opuſcula. Et in CL Pſalmos eruditiſſimos commentarios: Et multa alia. Floruit maxime ſub Conſtantino Imperatore & Conſtantio, & ob amicitiam Pamphili martyris ab eo cognomentum ſortitus eſt.

HERMANNI CONTRACTI VITA EX IOANNE TRITEMIO,

Hermannus, qui dicebatur Contractus, monachus cœnobij ſancti Galli, filius Comitis de Veringen in Sueuia, uir in ſcripturis diuinis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis uniuerſaliter doctiſſimus, Philoſophus, Poëta, Aſtronomus, Rhetor, Muſicus nulli ſuo tempore ſecundus: trium linguarum Græcę, Latinæ, & Arabicæ peritiſſimus. Scripſit carmine & proſa multa præclara uolumina, de quibus ego ſubiecta reperi: de Muſica, monochordo, ſex mundi ætatibus, compoſitione aſtrolabij, &c. Claruit tempore Henrici Imperatoris II, Anno, M. XL.

OBTESTATIO D. HIERONYMI.

Adiuro te quicunque hos deſcripſeris libros, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & glorioſum eius aduentũ, in quo ueniet iudicare uiuos & mortuos, ut conferas quod ſcripſeris, & emendes ad exemplaria ea, de quibus ſcripſeris diligenter Et hoc adiurationis genus tranſcribas, & transferas in eum codicem quem deſcripſeris.

INDEX